



Associazione Italiana Cultura Classica  
Delegazione R. Randazzo Siracusa



Liceo Classico T.-Gargallo  
Siracusa

# CERTAMEN LATINUM SYRACUSANUM MMXXIII EDITIO XXXV

## I

Delegatio Syracusana humanarum litterarum *Renato Randazzo* dicata, italice *Delegazione di cultura classica Renato Randazzo* et Lycaeum-Gymnasium *T. Gargallo*, patrocinio confirmato Civitatis Syracusanorum, ad humanitatis et litterarum latinarum studia fovenda, linguae latinae certamen quotannis proponunt.

## II

Certamen in partes duas est divisum: altera adolescentibus secundae classis biennii omnium Italicarum Scholarum quae classicae, scientificae magistralesque dicuntur, reservatur, altera ad earundem scholarum triennii iuvenes spectat. Hoc anno locus, qui a trienni iuvenibus vertendus erit, ex **Lucii Annei Seneca** scriptis elegetur et locus, qui a biennii iuvenibus vertendus erit ex **Cornelii Nepotis** aut **Valerii Maximi** scriptis elegetur.

## III

Competitores, lexico usi, ex Latino in Italicum sermonem convertere debent orationis solutae locum auctoris aureae aut argenteae, quae dicitur, aetatis aut christianae atque commentariolum lingua latina instruere, quo loci explanatione digni brevibus adnotationibus criticis et ad linguam et ad res pertinentibus explicentur, adolescentibus biennii, apto latini auctoris loco in sermonem nostrum converso, brevem breviarium lingua latina componere debent.

## IV

Competitores ad Certamen Latinum Syracusanum admittuntur, qui octo partes punctum ferunt.

## V

Certamen, secundum rationes publicarum contentionum constitutum, fit in Aulis Lycaeii – Gymnasii *T. Gargallo*, Syracusis, die decimo primo ante Idas Apriles MMXXIII hora secunda (Italice ore otto). Certamen est sex horarum.

## VI

Discipuli per cursorem publicum mittere debent ad *Delegazione siracusana di cultura classica Renato Randazzo* - Liceo Classico *T. Gargallo*, via Luigi Maria Monti 22, 96100 Siracusa - postulationem una cum schedula dactyloscripta quae referat nomen et cognomen competitoris cum domiciliis, Scholae, classis magistrique - a quo ad certamen eruditur – designatione, aut per cursorem electronicum ad - srpc08000r@istruzione.it - usque ad Idas Martias MMXXIII

## VII

In postulatione nominis discipuli subscriptio simul a scholae Praeside fidei causa obsignari debet.

## VIII

Discipuli, certaminis die, identitatis documento (tessera–syngrapho) instructi adesse debent.

## IX

Certaminis iudicum sententia, de qua nulla controversia fieri licet, victores haec praemia consequuntur:

1. Primo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa quingentorum € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
2. Secundo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa ducentorum quinquaginta € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
3. tertio tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa ducentorum € (euro) cum testimonio ex pergamena facto.

Adulescentibus secundae classis biennii, qui per primos gradus disponantur, haec praemia dantur:

1. Primo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa quadringentorum € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
2. secundo tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa ducentorum quinquaginta € (euro) cum testimonio ex pergamena facto;
3. tertio tribuitur praemium rei pecuniariae quod constat ex summa ducentorum € (euro) cum testimonio ex pergamena facto.

Discipulis qui certamini cum laude interfuerunt testimonium nominatim tribuitur. Magistris quoque a quibus victores eruditi sunt praemium quod constat ex libro et testimonio tribuitur.

## X

De certaminis exitu per cursorem publicum epistulis missis aut per cursorem electronicum victores certiores fiunt.

## XI

Praemia victoribus persolvuntur Syracusis, praesentibus primo Syracusanorum cive atque eius adessore artium liberalium curam habente, optimis viris in latinarum graecarumque litterarum studio versatis, Praeside et Professorum Lycaeii *T. Gargallo* Collegio, docentibus et discipulis Scholae Syracusanae, in publicis sollempnibus, die statuendo in mense Maio.

## XII

Scripta non restituuntur.

## XIII

Certamini praeest delegationis scriba quae delegata certamini parando atque constituendo munere fungitur:...Elvira Garzella

## XIV

Collegium certaminis iudicum constituunt:

Delegationis scriba;

duo Professores Latinae et Graecae Linguae, quadraginta competitoribus praesentibus;

denis autem candidatis additis, adduntur et singuli professores.

Sententiae pluribus suffragiis statuuntur; paribus suffragiis, principis collegii vel – hoc absente – scribae sententia vincit.

Delegationis scriba collegii iudicum munere scribae fungitur.

Syracusis, die decimo ante Kalendas Februarias MMXXIII

Delegationis Praeses  
**Paulus Madella**

Lycaeii *T. Gargallo* Praeses  
**Annalisa Stancanelli**